diſtrictū iudicē p̄mia eterne pacis inueniāt/Amē/Amē/Amē.
Ego Alexāder catholice eccl'ie ep̄ſ. S. Ego Hubaldus hoſtieñ
ep̄s. S. Ego Renardus portueñ ep̄s/ꝛ ſancte Rufine ep̄s. S.
Sunt alij decē cardinales ſignātes. Datū Beneuent' p ma-
nū Gerardi ſancte romañ eccl'ie notarij. iiij. Noñ Julij. Indic.
ij. Anno dñice incarnationis M.c.lxix. Pontificat⁹ vero dñi
Alexandri pape. iij. Anno decimo.

Priuilegiū dñi Lucij pape iij. ꝙ nulli ep̄o
aut alteri liceat ī ꝑſonas vel loca ordinis
cōtra id qđ ab origine ordīs fuit obſerua
tū/excōicatiōis/ſuſpēſionis/vel interdicti
ſnīam depromere. Et ep̄i in bñdictiōib⁹
abbatū ſint ɔtēti ꝓfeſſione q̄ noſcit' inſti-
tuta ab exordio ordīs/ ſcꝫ ꝙ abbates tūc
debēt dicere/ſaluo ordine ſuo/ ꝛ priuile-
gijs ordinis/nec cōpellant' aliā tunc face-
re ꝓfeſſionē contra ordinis inſtituta.

LVcius Ep̄s ſeru⁹ ſeruoꝝ dei. Dilec-
tis filijs abbati ciſtercieñ/ et
vniuerſis coabbatib⁹ ei⁹ ſub eodē ordine dño
ſeruiētib⁹. Salutē ꝛ ap̄l'icā benedictionē. Mo
naſtice ſinceritaſ diſcipline/quā in puritate or
dinis quē tenetis eterni cōditoris ꝓuideñ re-
ſtaurauit illā ſꝑ iuenit in ap̄l'ica ſede clemētiā/
q̄ ꝛ vobis in dño accreſceret ꝓpoſitū virtuti/ ꝛ
alioꝝ deuotio vr̄is ꝓuocaret' exēplis/vt p celeſtiū ſemitā man
datoꝝ/ad ꝓpoſitū felicit' brauiū feſtinaret. Int' cetera vero lꝫ
ordo veſter ea ſe ſuauerit ep̄is hūilitate ſubiectū/vt ſaluis ori
ginalib⁹ inſtitutis/eoꝝ ſꝑ vellet magiſterio ſubiacere/illud tñ

hactenꝰ de fauore ꝛ ꝓtectōe aplice ſedis obtinuit/ vt nullus in monaſteria vel abbates ordinis memorati quālibet eccleſiaſticā ſniam ꝓmeret/ vel ꝑſonas in eodē ordine ↄſtitutas excōis/ vel ſuſpēſiōis /ſeu interdicti ꝓmulgatōe grauaret. Quia vero refrigeſcēte caritate multoꝝ vſqꝫadeo malicia noſcit̄ abūdaſſe/ vt nōnulli eoꝝ q̄ eccleſijs dei modernis tēporibꝰ ſunt ꝑlati trāſgrediant̄ termīos ab antiqoribꝰ ↄſtitutos/ ꝛ ī veſtrū ſpālr ordinē īdebitā exercere nō dubitēt vltionē. Pñtiū lraꝝ inſcriptione ſtatuimꝰ/ ꝛ auctoritate aplica ↄfirmamꝰ/ vt nulli oīno liceat in vos/vel monaſteria vrā/ſeu fratres inibi ↄſtitutos ꝯ id qđ ab origine ordinis noſcit̄ obſeruatū/excōis/vel ſuſpēſionis/ſeu interdicti ſniam ꝓmere. Quā ſi deprompta fuerit auctoritate aplica decernimꝰ nō tenere. Adijciētes qꝫ decernimꝰ/ vt archiepi ꝛ epi in recipiēdis ꝓfeſſiōibꝰ q̄ a bñdictis vel bñdicēdis abbatibꝰ exhibent̄ ea ſint forma ꝛ expſſione ↄtenti q̄ ab origine ordinis noſcit̄ inſtituta/ſcꝫ vt abbates ipi/ſaluo ordie ſuo/ ꝓfiteri debeāt/ ꝛ ↄtra inſtituta ordinis nullā ꝓfeſſionē facere cōpellant̄. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hāc paginā nr̄e ↄſtitutionis ꝛ cōfirmatōis infringere/ vel ei auſu temerario ↄtraire. Si qs aūt hoc attēptare ꝑſūpſerit indignationē oīpotētis dei ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli aplorum eius ſe nouerit incurſurū. Datū Veronen̄.xj.kl.Decembris.

¶ Similē bullā in forma expedit dñs Urbanus pp.iij. q̄ incipit/ Monaſtice ſinceritas.

¶ Hoc etiā priuilegiū in forma cōfirmat/ innouat/ ꝛ plurimū auctorizat dñs Clemens pp.v. vide loco ſuo. priuil. 57.

¶ Priuilegiū dñi Urbani pape iij. Per qđ cōcedit vt ſi epi munꝰ bñdictiōis ꝛ alia q̄ ad officiū epale ꝑtinēt abbatibꝰ ordinis exhibere renuerit/ liceat eis ſi ſacerdotes